IN CLAR. LAMURE, PARERGON

DE ANEVRYSMATE,

ANIMADVERSIONES HONORATI PETIOT.

NULLA dari anevrysmata vera, quæ sint notabilia; hujusque assertionis probari veritatem ex Clar. Ruyschii obser. 38. & obser. thesauri IX. no. V. contendit egregius Antagonista; ego autem contrarium demonstro.

I. Ut verò omnis tollatur ambiguitas quoad hujusce vocis *notabilis* significationem, hanc determinare voluit adversarius, in eo quidem laude dignus si scopum sibi propositum attigisset, at quam longè absit, cito patefiet. Sic enim ille primâ scripti sui paginâ, *cum vox illa NOTABILIS, nimis vaga fortè quibusdam videri queat, illam sic paulò exactius determino; cum ovi columbini, aut Gallinacei magnitudinem æquans anevrysma notabile vocaverint auctores, in arteriâ intercostali aut brachiali, anevrysmum notabilem dicam qui similem proportionem habebit ad naturalem arteriæ affectæ diametrum.*

II. Ea vocis explicatio nimis adhuc vaga est, imo obscurior, non enim determinare videtur antagonista, in quânam arteriâ *anevrysmus* æquans ovi gallinacei magnitudinem, dicetur *notabilis*; ait tamen; *anevrysmum notabilem dicam qui similem proportionem habebit ad naturalem arteriæ affectæ diametrum.* Ii igitur *Anevrysmi* similes, juxta mentem Antagonistæ comparari debent inter se, ut notabiles habito respectu diametri naturalis arteriæ affectæ judicentur; sed quâ ratione comparari poterunt? quomodò notabile nuncupabit adversarius illud anevrysma quod similem proportionem habebit ad naturalem arteriæ affectæ diametrum, nisi priùs fuerit determinata arteria in quâ fit anevrysma ovi Gallinacei magnitudinem æquans. Verùm ut initia malè posuit, sic cætera sequuntur; quâcumque enim viâ procedat nunc, ex ejus computandi lege semper quid absurdum subsequetur. Etenim . . . . jam supponamus anevrismatis locum & sedem reipsà determinasse antagonistam; in eo casu tale locat anevrysma aut in majoribus arteriis, in aortæ trunco v. g. aut illud locat in ipsâ

intercostali arteriâ ; hoc ultimum fecisse adversarium, haud ego crediderim ; (licet ex ipsius scripto ita pateat) nam exsurgerent anevrysmata in aortâ; quorum sectiones, non plures tantùm pollices, sed pedes haberent; horum enim sectiones excederent sectionem ejusdem aortæ in statu naturali 253. $\frac{11}{14}$. pol.

O MONSTROSUM ANEVRISMA. Si è contra anevrysma suum æquans magnitudinem ovi gallinacei in ipsâ aortâ statuerit, ex eodem calculo *anevrismum* appellabit notabilem in arteriâ intercostali, cujus sectio excedet tantùm sectionem ejusdem arteriæ in statu naturali $\frac{1}{146}$. pollicis ; quod supponit elongationem radii ejusdem arteriæ intercostalis $\frac{1}{4}$ lineæ. Ex iis patet cuicumque nè minimè determinatam fuisse *hanc vocem NOTABILIS.* Hâc tamen stabilitâ (uti opinatur) determinatione, problema solvere nititur. *dixi vix ac ne vix quidem apud auctores reperiri exemplum anevrysmi veri, sensu superiùs allato qui fuisset notabilis.* Itaque vix admittit egregius antagonista reperiri anevrysmata sine ruptione parietum, quæ sint *notabilia*, imò ne vix quidem admittit : quid mirum ! ipsius determinationis habitâ ratione. Verùm ea, nequaquam recusat quæ in ejus determinatione includuntur ; unde necessariò concludendum venit, vel eum anevrysmata agnoscere monstrosa adeò, ut nemo certè præter ipsum, ea unquam admittet; vel econtra eum admittere *anevrysmos* (quos dicet esse notabiles) qui ab ullo vix ac ne vix quidem detegi valent, aut saltem vix sunt sensibiles, cum aliqualis sit semper longitudinis ea arteriæ minima dilatatio, cujus quidem ut demonstravimus, radii prolongatio major, est tantùm $\frac{1}{4}$. lineæ.

III. Quoad autem istud Antagonistæ responsum, omnibus notatum velim, eum obstinatè nulla omnino dari vera anevrysmata primò contendisse, admonitum dein à me, exigua admitti à *freindio*, hæc in sui octavâ prælectione pariter admisisse, porrò eam subjungendo notam, *dari equidem exigua, sed notabilia fieri non posse*, quæ ultima reperiri etiam apud auctores, cum apertè demonstraverim ex *Ruyschio* & *littrio*, nunc ut se se expediat, vagam istius vocis *notabilis* significationem adhibet, ad errores Typographi merè fictitios confugit, clausa admittit anevrysmata, ut respondeat observationibus *Clar. Ruyschii & littrii.* quid varia hujuscemodi responsa demonstrant ? sibi ne constat Antagonista ? ea loquendi ratio decet ne veritatis de-

Diameter ovi Gallinacei	=	18. lineas.	seu	=	$\frac{3}{2}$	pol.
Diameter aortæ naturalis	=	12. lin.	seu	=	1.	pol.
Diameter art. interc. natur.	=	1. lin.	seu	=	$\frac{1}{12}$	pol.

fenſorem ? nonne potius attendenti cuique palam erit egregium competitorem longè à veritatis tramite primò quidem aberraſſe, nunc verò tacitè ad eam ut gradatim accedat, vires & conatus edere ?

IV. Non ea ergo quæſtio inter nos agitatur, utrum vera dentur anevryſmata, utrum exigua, utrum notabilia quædam ; hæc omnia jam fatetur Antagoniſta, id tantùm inter nos inerit diſcriminis, num veri & notabilis (juxta mentem medic.) anevryſmatis exempla vix ac ne vix quidem reperiantur apud auctores; obſervata quæ pag.12. ex variis anevryſmatum diſſectionibus refero rem ſtatim dijudicabunt. Verùm obſervationibus non eget adverſarius, qui egregia de eâdem materie ſcripſit, *Diſſert. de fluxu menſtruo*, nemo ſanè evidentiùs demonſtravit arteriarum fieri dilatationes, & earum abſque rupturâ parietum expanſiones ; imo judice eo, monſtroſæ, *enormes*, & *prodigioſæ* ſpatio aliquot menſium fiunt *abſque ullo incommodo*, *uti probant omnium auctorum obſervationes*. Hæc mihi ſummi ponderis erit authoritas, nec certè denegabit eam Athleta. En itaque propria ejus verba. Diſſert. pag. 35. *vaſa uterina graviditatis tempore ENORMITER dilatantur, ita ut vas admodum exile videatur tunc arteriæ emulgentis diametrum obtinuiſſe, ſinuſque vix ſenſibiles alioqui, in iiſdem cirumſtantiis manûs pollicem admittere queant ; uti probant omnium auctorum obſervationes.* Additque pag. ſeq. *notum eſt omnibus vaſa uterina in gravidis PRODIGIOSE' DILATARI ABSQUE ULLO INCOMMODO.* Hæc eadem repetit adverſarius in diverſis ejuſdem Diſſertationis locis, ità ut ipſi hanc veritatem verè cognitam fuiſſe, nullus ſine injuriâ poſſit dubitare, nec certè Antagoniſtam fugerat, *Clar. Nichols* in actis Anglicanis, verorum anevryſmatum demonſtrando exiſtentiam, iiſdem omninò uti argumentis (†) & quidem ſi vaſa admodùm exilia, vixque ſenſibilia, menſium ſpatio aliquot *abſque ullâ ruptione arteriæ*, *abſque ullo incommodo* arteriæ emulgentis diametrum acquirant, *ſi ſinus uterini alioquin vix ſenſibiles, ita dilatentur ut manûs pollicem admittant*, quid erit de arteriâ ſenſibili ? quid de magnis arteriis ? quid demum de ipſâ aortâ ? monſtroſa fieri anevryſmata plurium ſpatio annorum, certè haud recuſabit eximius competitor, ſi ſibimetipſi fidem adhibeat : ergo tranſeamus ad ſecundam aſſertionem.

V. *Ruyſchium* ipſi favere in Obſerv. 38. perhibuit Antagoniſta, & hujus obſer. verba quædam citat pag. 3. ſcrip. Quibus aortæ ruptas fuiſſe tunicas, *judi-*

† On a diſputé pendant quelque-temps avec aſſés de chaleur, ſi l'Anevryſme étoit formé, ou non, par la dilatation ſimple de l'Artere, ou par la rupture de ſes Tuniques internes, & la diſtention de ſes Tuniques externes... La poſſibilité de la dilatation de l'Artere eſt prouvée par la raiſon & par l'inſpection même. Dans la groſſeſſe on trouve partout les Arteres uterines augmentées de groſſeur & de diametre, à proportion de la dilatation de L'uterus... Il eſt arrivé en effet dans pluſieurs cas, que les palpitations du cœur ont été accompagnées *de grandes dilatations de l'Aorte* ; j'en ai vû des exemples, tant ſur des Hommes, que ſur des Animaux. *Le Docteur Nichols.*

ce *Ruyschio*, & inter eas stagnasse sanguinem, peroptat suadere. *Sanguis*, inquit, *inter lamellas stagnans & aliundè acrimoniam contrahens*, *paulatìm transudabat*, *& ossa lentè corrodebat Ruysch*... At quare hancce observationem mutilavit? Cur ibi vocem precisè omisit, quâ lectorem Ruyschius monet lamellas de quibus loquitur, nequaquam esse lamellas aortæ, sed esse pseudo-lamellas è sanguine confectas? En enim verba Ruyschii. *Sanguis inter lamellas istas stagnans.* Hæc vox, *ISTAS*, omnem tollit ambiguitatem, uti paulò supra notaverat Ruyschius, ne locus errori esset. † An catè siluerit hanc vocem egregius antagonista? Haud ipse profectò dubitavit ex eâ observatione Ruyschium admonere, in arteriâ multùm dilatatâ, in anevrysmate putà monstroso, præter expansionem arteriæ, lamellas quandoque reperiri, seu tunicas ab ipso cruore coagulato productas, in quarum interstitiis stagnat sanguis; porrò, ne sit locus errori, ne quis eas incautè credat tunicas aortæ proprias, lectorem admonet ex professo Ruyschius dicens, *harum tunicarum extima propriè arteria aorta erat.* Hæ ergo tunicæ non propriæ erant aortæ * *vel judice Ruyschio*, ergo neque rupti erant aortæ parietes, ergo ea ipsa constabat suis tunicis, at maximè solummodò dilatata. (*a*)

† *Ruysch. obs. pag.* 38. Post obitum hoc Anevrysma (quod ortum duxit ex Arteriâ Aortâ tribus circiter digitis transversis suprà cor) a me inventum fuit quasi lamellatim, (ut ità loquar) dispositum, aut ex innumerabilibus Tunicis, crassis, carnosis, & satis tenacibus sibi invicem impositis, conflatum, inter QUAS TUNICAS Sanguis copiosus & coagulatus delitescebat. Harum Tunicarum EXTIMA, QUÆ PROPRIE' ARTERIA AORTA ERAT, straminis habebat latitudinem

* Ejusmodi Tunicas è sanguine confectas, in thesauris passim habet Ruyschius, ipse è proprio sanguine membranas fecit artificiales veris membranis simillimas.

(*a*) Hinc *Heisterus* ut verum, & ut ex integrâ Arteriæ pronatum diductione, citat illud Anevrysma. Cap. XIII. Chir. pag. 391. ita *Clar Ferren*, in thesi nonâ disp. & ibidem ait „ ab aortæ Anevrysmate summoperè expanso, costas diffractas in „ nosocomio massiliensi bis observare contigit, & à Ruyschio annotatum legimus.

Quomodo sæpè caries ossium subsequatur in eo casu, optimé dicunt viri egregii, *Littrius*, *Lancisius*, *van Svvieten.* Scilicet quia ob pressionem inductam ab Anevrysmate, premitur periosteum, vasa ejus sparsim strangulantur, plurima inflammantur, fitque suppuratio, undè ipsa caries, sacco interim Anevrysmatis integro subsistente. Ità & ipse *Freindius*. „ In ossibus caries Anevrysma sæpè comitatur, casus „ duo apud Ruyschium leguntur ... neque verò intellectu difficile est quomodo tumor „ talis jugi pressione periosteum afficere, in eoque obstructionem creare valeat, undè „ paulatim os ipsum exedatur. „ Hist. Medic. pag. 54. vel juxtà Ruyschii mentem quandoque fieri potest per diapedesim, tenuissimi cruoris halitus putrefacti transudatio, vim corrosivam exerentis; docet equidem Chimia tunc spiritum veluti Alkalinum è putrefacto sanguine produci, per poros minutissimos maximè penetrantem; docet bilis transudatio, ità potuisse cruorem transudare, non quidem sub rubri sanguinis formâ, sed ichoris, quin exindè parietes aortæ fuerint corrosi; quam difficilè à pure vasa majora corrodantur, osseis licet, aliisque partibûs corrosis, docent ulcera, & escharoticorum applicatio, ut inter alios, viri clarissimi *Mangetus* Bibl, Chir. tom. I. pag. 80. *Monro* essais de Medec. tom. II. annotant, Hæc monui ne quis statim in casu Ruyschii [datâ etiam hâcce transudatione] ruptio-

VI. Si hæc Antagoniſtam minùs moveant, audiat *Celeb. van Svvieten* eamdem Ruyſchii obſervationem, ſed cum annotatione ſubindicatâ referentem. (*a*) Quid reponet Antagoniſta. *Clar. van Svvieten* tam apertè, tam nitidè dicenti ſanguinem in eo caſu, non inter aortæ tunicas, at inter pſeudotunicas, ut dictum fuit, ſtagnare, *nihil ſibi ſupereſſe quò effugiat, lubens concedet ne adverſarius* ? *pag. 6. exam. reſp.*

VII. Ut ea quæ demonſtrationem in iiſce prorſus ſapiunt everterentur, mirâ cum ſolertiâ reponit adverſarius, *adeſt error Typographi in obſervatione Ruyſchii, & ita legendum*, inquit, *harum tunicarum extima quæ PROPRIA ERAT ARTERIÆ AORTÆ ſtraminis habebat latitudinem.* retuli obſervationem parag. V. judicet ipſe lector, an ibi ſit error Typographi, an tot immutare, & ſubſtituere potuerit Typographus, quin id animadverteret Ruyſchius, qui hanc Typis obſervationem commiſit, ut quid novum, & ut Chirurgis maximi momenti, & qui prætereà in præcedenti (obſervatione nimirum 37.) rem apertè declarat. * ex hâc obſervatione nonnè conſtat Ruyſ-

nem dari aortæ crediderſſet. De eâdem re audiatur *celeb. Douglaſſius. Hæc autem corroſio, & ruptio* (Si daretur) *anevriſma ſequitur, & neutiquam pro cauſâ ejus venditari poteſt. Tumor enim jam ante corroſionem præſens eſt, & ſolâ dilatatione efformatur.* Diſſert. de perit. pag. 56.

[*a*] Ea legantur attentè, quia hujuſce paragraphi verba quædam mox citantur ab Antagoniſtâ ad erroris Tipographi, quem ibi fingit, ſuſpicionem firmandam.

„ In maximis anevruſmatibus ſæpe apparuit membranas extenſi talis ſacci eſſe „ craſſiſſimas, cum potius videretur diſtracta membrana tenuior fieri debere, hoc „ autem videtur fieri, quia ſanguis in dilatatum hunc ſaccum aggeſtus, in polypo- „ ſas concreſcit maſſas, quæ applicatæ tunicæ ARTERIÆ DILATATÆ illius craſſi- „ tiem immanitèr poſſunt augere; ſic in ingenti illo anevruſmate [*obſerv.* 38.] vidit „ Ruyſchius innumerabiles tunicas, craſſas, carnoſas, ſatis tenaces, & ſibi invicem „ impoſitas auxiſſe craſſitudinem membranæ, ſic ut INTER HAS TUNICAS ſanguis „ copioſus & coagulatus deliteſceret. EXTERIOR TAMEN TUNICA QUÆ AOR- „ TÆ, DILATATA MEMBRANA ERAT, STRAMINIS TANTUM CRASSITIEM „ HABEBAT, omnis reliqua moles à concretionibus illis polypoſis pendebat. parag. „ 176. exterior reſpectivè ad pſeudò tunicas erat, ſed interior reſpectu aortæ.

„ * Antè duodevigenti annos cadaver cujuſdam viri diſſecui, qui à longo tem- „ pore anervyſma geſtarat in pectore, tantæ magnitudinis, ut infantis recenter nati „ caput adæquaret cum tantâ pulſatione ut manum pectori admotam percuteret. „ Aperto cadavere, anevryſma invenimus in arteriâ magnâ aſcendenti, tranſver- „ ſum digitum unum atque alterum à corde, ut annexâ fig. 38. repræſentatur, in „ accretione hujus anevryſmatis non ſolum coſtæ veræ, a ſe invicem abſcedere „ coactæ fuere, verum etiam eas invenimus ita corruptas, ut magnâ ex parte deficerent, quodque ex iis reſtaret, digitis confricando in pultem comminuere haud „ difficile eſſet. Hanc hiſtoriam cum ante multos annos *Domino Vander ſchagen* „ medicinæ doctori dum viveret celeberimo, refferrem, dixit mihi à ſe quoque „ *viſam coſtarum cariem ab anevryſmate pectorali ortam. MAGIS CERTE MIRAN-* „ *DUM QUAM EXPLICANDUM FORET, QUOMODO CLAUSUM ANE-* „ *VRYSMA (QUOD TANTUM ARTERIA DILATATA AUDIT) COS-* „ *TAS ITA CORRUMPERE VALUERIT, NISI SEQUENS HISTORIA NU-* „ *PER MIHI OBVENISSET.* Ruiſch. Obſ. 37.

chium mirari quomodò caries ſubſecuta fuerit *ab anevryſmate clauſo*, ſeu ut ipſe loquitur, *ab arteriâ nimis dilatatâ*. Caries aderat coſtarum, arteria tamen non erat rupta, ſed integra ſubſiſtebat conſtans ſuis tunicis; illud ideo erat Ruyſchio phænomenon magis certè mirandum, quam explicandum, niſi in ſequenti obſervatione rationem hujusce rei ſtupendæ reperiiſſet. Si ruptam fuiſſe aortam deprehendiſſet, vel corroſam, ſi extravaſatum cruorem, aut intra plevram ipſam concluſum, nonne id protuliſſet ſtatim, & an tantoperè fuiſſet demiratus? ſibi conſtat ſanè Ruyſchius, quidquid aſſerat adverſarius, nec certè ſibi conſtaret, ſi aortæ parietes rupti fuiſſent, ac ſi legendum eſſet ut ſuadet Antagoniſta; quid enim mirum caries coſtarum in eo caſu exhibuiſſet Ruyſchio? utrum ergo cum aliquali, vel minimâ veritatis ſpecie dixerit Antagoniſta ibi adeſſe errorem Typographi; & *Ruyſchii* textum à *Clar. van Svvieten* correctum fuiſſe, ex prægreſſis ſtatuat lector æquiſſimus.

VIII. At defertur per præcipitia validiſſimus athleta, novâ etenim & mirâ labitur hallucinatione, dùm *celeb. van Svvieten* auctoritatem ſibi venditat: lectorem itaque rogo ut ſequentia legat attentè. Nemo evidentiùs quam citatus auctor demonſtravit id Ruyſchii anevryſma verum fuiſſe, nam *eo judice, membrana arteriæ interna minimè corroſa, minimè rupta, ſed integra & illæſa remanſerat* .... *Clar. van Svvieten* commentatus fuit *Boerhaavii* aphoriſmum 176. ubi caſus recenſentur in quibus *arteriarum tunica interior illæſa & integra remanet*, licet afficiantur aliæ (*a*) eum ergo audiamus ſingula hujuſce aphoriſmi verba commentantem. (*b*) Ea eſt ibi precisè obſervatio

[a] *Boerhaavius Aphor.* 176 „ tunicæ arteriarum exteriores, *illæsâ interiori*, punctæ, „ ſectæ, tuſæ, diſtractæ, eroſæ, impetu ſanguinis dilatantur, ſaccum formant, „ qui ad ovi ſæpe magnitudinem creſcit, calloſos parietes acquirit, pulſat, colore „ rubello ſplendet, compreſſus evaneſcit, laxatus redit, ſuam arteriam ampliat, „ vicina vaſa comprimendo anguſtat. ANEVRYSMA VERUM VOCATUR.

[*b*] Dictum fuit alibi, quænam ſequantur mala, quando arteria integrè diſciſ- „ ſa eſt, vel quando vulnus in cavum uſque arteriæ penetrat, licet illam integrè „ non diſciderit. HOC PARAGRAPHO expenduntur illa mala, quæ metuenda ſunt, „ QUANDO ARTERIÆ SIC VULNERANTUR, UT VULNUS NON PENETRET „ IN ILLARUM CAVUM, SED TANTUM TUNICAS EXTERIORES DIVIDAT... „ Si jam in quodam arteriæ loco, ſeparatâ cohæſione imprimis fibrarum orbicula- „ rium [nam læſio tunicæ externæ & celluloſæ videntur minùs periculoſæ] minua- „ tur firmitas laterum, cauſa diſtendens manens eadem, illò in loco plus dilata- „ bit arteriam, mutabit æquabilem figuram conici canalis, expandet locum illum „ debilitatum in SACCUM, TUNC VOCATUR ANEVRUSMA VERUM, PRO- „ PRIA VOCABULI VI DESIGNANS TANTUM DILATATIONEM ARTERIÆ „ & *pag.* 262 à quacumque jam enarratis cauſis arteria in quodam loco debilior „ facta fuerit, illo in loco plus cedet diſtendenti ſanguini, & expandetur, cum- „ que ſingulis cordis ictubus cauſa illa diſtendens applicetur de novo huic loco de- „ bilitato, augebitur anevryſmatis capacitas, UNDE IN IMMANEM MOLEM SÆPE „ ANEVRUSMATA EXPANDUNTUR, imprimis ſi in magnis arteriarum truncis „ fiant. SIC VIDIT RUYSCHIUS OBSER. 38. hominem qui in pectore gerebat „ ſponte factum anevruſma tantæ magnitudinis, ut pulvinar mediocre, quo in ſedili „ utimur, æquaret.

Ruyſchii, de quâ lis inter nos. Credidit ne ergo *van Svvieten tunicam aortæ interiorem hîc fuiſſe ruptam? credidit ne ſaccum anevryſmalem à ſolâ exteriori membranâ aortæ* (interioribus ruptis) *fieri*? nequaquam hercle. caſus ſimiles in quibus interiores tunicæ ſubſiſtunt integræ, (ruptis externis) reperiuntur ſparſim apud medicos; ipſe van Svvieten ibidem talem recitat obſervationem. (*a*) ejuſmodi anevryſmata ſaltem ut vera habebit adverſarius: hæc autem facta fuiſſe ex arteriæ tunicâ externâ, interioribus ruptis, haud ſanè reponet; & eo minùs quia hanc interiorem tunicam integrè ſubſiſtentem, ſcrupuloſiſſimè *Pareus*, *Littrius*, *Duvernoy* aliique plures demonſtrarunt, ut videbimus infra. Quo igitur conſilio *Clar. van Svvieten* citavit, qui tantoperè ipſi adverſatur (*b*)

[*a*] In Cadavere vidi arteriam ſubclaviam dextram in *ſaccum ingentem dilata-* „ *tam*, ſic ut anevryſmatis hujus membrana, chartæ tenuitatem ſuperaret, & per „ illam pellucidam contentus ſanguis conſpici poſſet, levi vulnere inflicto, ingens „ copia ſanguinis concreti erupit.

Clar. Lanciſius ſpeciatim de iis caſibus agit propoſitione XIX. Tract. de anevryſmate. Quæ ita inſcribitur. *de anevryſmate ex arteriarum vulnere, in quo externæ duntaxat tunicæ vulneratæ fuerunt ... hujus mali* [inquit *lanciſius*] *multorum hiſtorias referre hìc poßem, qui in hujuſmodi morbum inciderunt, quos inter duos ipſe vidi. Unum in noſocomio Sti. ſpiritus, alterum in urbe.*

Sic Heiſterus Chir. par. 1. lib. 1. pag. 42. "ipſum anevryſma fieri etiam non „ rarò ſolet, quoties exterior quædam arteriæ tunica læſa fuit, hìc enim tantùm „ abeſt, ut tunica interior, LICET ILLÆSA SIT, vehementiorem ſanguinis pul- „ ſum impunè ſuſtineat, ut potiùs in quamdam quaſi ſacculi formam paulatim DI- „ LATATA, quam plurimis iiſdemque graviſſimis malis anſam præbeat „; hinc ipſe Heiſterus agendo de Anevryſmate. *Mirandum Doctiſſimum aliàs Freindium*, in hiſt. Med. *Contendere omne Anevryſma ex rupturâ arteriæ oriri .. Anevryſmatum verorum ex integræ arteriæ ipſâ diductione, exempla notatu digniſſima deſcripta à me extant in annalibus Academiæ Juliæ, ſemeſtri* XII. *an* 1727. *Aliaque varia à Pareo, & à Ruyſchio in obſer. Chirur.* [nempe in obſer. 37. 38.] *In Hiſt. Acad. Reg. an.* 1712. [nempè Littrii obſer.] & 1721. *in Lanciſio de Anevryſmate, itemque lib. de mortibus ſubitaneis.*

Sic etiam *Do. James.* Dictionnaire univerſel de Médecine, tom. premier. Je ne puis me diſpenſer de faire remarquer au Lecteur, que le Docteur Freind, n'a point entendu du tout le paſſage de *Paul Æginette*, qui a donné lieu à ſa Diſſertation. Car, *Paul* diſtingue évidemment deux ſortes d'Anevryſmes, l'une par dilatation, & l'autre par rupture .... les obſervations d'Anevryſme que je vais rapporter, ſerviront à prouver *contre le Docteur Freind*, que la diſtinction de cette Maladie en vraye & en fauſſe, n'eſt pas ſans fondement, comme il le prétend.

[b] Sic enim pag. 149. anevryſma vel potius „ Anevruſma dicendum, *deſignat arteriæ* „ *integræ dilatationem præternaturalem in quâdam parte*, ſic ut arteria, quæ anteà unifor- „ mem canalis conoidei figuram habebat, nunc in quâdam parte *debilitata expandatur* „ *in ſinum*, qui omnia vicina comprimendo, peſſima poteſt producere mala, ſic ab „ Anevryſmate, circà vitalia viſcera hærente ... coſtas penitùs carioſas, imò cùm oſſe „ ſterno in nihilum redactas vidit *Ruyſchius*, [obſer. 37. & ob. 38.] ... item „ quod Anevruſma dicitur in arteriis, illud ſi in venis obtineat, vocatur varix, „ frequentiùs longè malum, quàm Aneuruſma, quia & venæ faciliùs cedunt cauſæ „ diſtendenti. *Item agens de ſpurio Anevruſmate*, pag. 268. „ Quia jam tumor talis quædam habet communia ſigna cum Anevruſmate propriè dicto ideò vocave-

IX. Eâdem paginâ dicit adverſarius obſervationem 37. *Ruyſchii, eſſe anevryſmi clauſi, qui nuſpiam ab eo fuit negatus poſſe obſervari.* Verùm ſi Ruyſchium attentè pervolviſſet, anevryſma clauſum & verum, unum & idem eſſe apud eum (*a*) neque ullatenus ab invicem diſtingui, procul dubio obſervaſſet. Adverſatur ergo antagoniſtæ (*) hæc obſervatio; neque minùs ei adverſatur obſervatio deſumpta ex theſauro nono, uti ex ipſius lectione (*b*) cuicumque palam erit.... ſimilem non ſemel, ſed ter quater ve vidit caſum ſcrupuloſus ille vir in minutiſſimis partium perſcrutandis; nihilominùs miratur *arteriam tam exilem in tantam molem ſe ſe potuiſſe extendere.* Ergo in tantam molem verè ſimpliciter erat extenſa intercoſtalis arteria abſque parietum ruptione; ad quod credendum impelletur, qui Ruyſchii theſauros, ejuſque tot inventa luſtraverit, nemo neſcit clar. virum, non ſolum amicis, ſed cuicumque obvio hæc omnia millies demonſtraſſe minutiſſima deſignando, & quidem hanc perſcrutando arteriam tantoperè dilatatam, ſtatim occurrit menti, an ibi non fuerit ruptio parietum? an verè ſit integra arteria. at inquit antagoniſta, *opus fuit malleo & cuneo ad avellendum tumorem a coſtis*: quid inde contrà nos concluditur? nonne notum & notiſſimum tales ubique repe-

,, runt eodem nomine, ut tamen diſtinguerent, dixerunt Anevruſma ſpurium; *In* ,, *verò enim Anevruſmate tunicæ arteriæ debilitatæ quamvis, manebant tamen cohærentes, & ſanguinis impediebant exitum; in ſpurio autem ruptæ tunicæ liberum con-* ,, *cedebant.*

[*a*] *Clauſum Anevryſma (quod tantùm arteria dilatata audit.)* Ruyſch. obſ. 37. & idem pag. 87. *obſ.* XCIV. *Nihil magis admiratione dignum crediderim, quam vaſa membranacea, quò magis DISTENDUNTUR, eo magis ſæpè ab humore heterogeneo incraſſari. In arteriis hoc evidenter demonſtravi obſ.* 37. & 38. Ex queis palam fit, juxtà Ruyſchium, Anevryſma clauſum eſſe diſtentionem, ſeu arteriæ dilatationem abſque ullâ parietum ruptione. Ea obſervatio XCIV. Lectori perſuadet abſque ullo ſcrupulo, quantæ ſagacitatis & induſtriæ fuerit *Ruyſchius* in tunicis aortæ examinandis, dum Anevryſmata perſcrutabatur de quibus diximus obſ. 37. & obſ. 38. unde ulteriùs confirmatur hæc fuiſſe vera, & ab expanſione tantùm aortæ facta.

[*] Ille vocat clauſum Anevryſma quandò, ruptis interioribus arteriæ tunicis, ſanguis recluditur intrà membranam externam; talia autem admittit Anevryſmata, at eſſe vera pernegat, tale ſibi quæſivit ſubterfugium, ut obſervationibus meis reſponderet, at incaſſùm fecit, ſi arteriæ membranam internam ſubſiſtere demonſtraverim.

[*b*] Theſ. IX. pag. 11. n. V. ,, Notatur CAPSULA in quâ conſervatur Anevryſma ,, cujuſdam arteriæ intercoſtalis ex homine, magnitudine ovi Gallinacei.

,, Not. 1. admiratione dignum eſt, *arteriam tàm exilem in tantam molem ſe* ,, *ſe potuiſſe extendere, id quod mihi ter quaterve videre contigit.* Juvenis erat cujus ,, affectum hic recito, qui à longo tempore de præcordiorum anxietate quæſtus ,, fuerat, & tandem ſummis angoribus & lypothimiis correptus, tuſſi moleſtâ, ,, ſubitò fatis ceſſit.

,, 2. Haud minùs mirabar, imò obſtupeſcebam Anevryſma tàm firmiter coſtis ,, & adjacentibus vertebrarum corporibus fuiſſe adnatum, ut non ſine malleo & ,, cuneo, ab illis ſeparare potuerim ,, Ruyſchius.

riri adhæſiones viſcerum, vaſorum, membranarum, quin ideò ſubſequatur ruptio, monſtroſa licet fuerit extenſio; ſæpe vidit ea Ruyſchius, præprimis obſer. XCII. *enormis inteſtini coli dilatatio* & Obſ. XCIV. *prodigioſa ureteris dilatatio.* & Obſ. XCV. (*a*) Probat apertè talis adminiſtratio illud anevryſma evulſum integrè & abſque ullâ laceratione ſervatum fuiſſe. Quis inter anatomiæ proſectores, rationem iſtius proceſſûs ignorat? Dum ipſa partim oſſa diſcindimus cuneo & malleo, ut vaſa habeamus integra, ne minimè lacerata: Ideò procedebat Ruyſchius (diſcindendo ipſa oſſa) nè per avulſionem fieret anevryſmatis dilaceratio, & ut poſteà ſcrupuloſiùs animadverteret an aliqualis eſſet ruptio in hâc arteriâ, nec ne, quia obſtupeſcebat tam exilem arteriam potuiſſe in tantam molem ſe ſe extendere abſque ullâ ruptione parietum; Si poſt avulſionem anevryſmatis, aliqualem, vel tantillam in arteriâ ruptionem vidiſſet Ruyſchius, ſanè dixiſſet; neque dignum admiratione affirmaſſet & typis mandaſſet .... rurſus reponit antagoniſta, *non ſatis capi, quomodò, ſi tumor ille plenus fuiſſet ſanguine fluido, tamdiù poſſet ſervari in capſulâ immunis à putredine* .... quarè tam torquetur animo de re falſò ſuppoſitâ? Non erat ſanguis in eo anevryſmate quod Ruyſchius conſervabat *in capſulâ* ſeu *in pyxide*, erat arteria ſimpliciter dilatata, & juxtà methodum Ruyſchianam præparata; bonâ fide ibi dicebat per optimus competitor ex ipſâ plevrâ confici hanc *capſulam*, ut videbimus paragr. XII.

Cui ſtupendæ hallucinationi refutandæ in ſcripto ſuo ita reſpondet; RISUM TENEATIS AMICI. An adhùc jocaretur egregius antagoniſta, ſi patres academici publicum de hujuſce rei veritate darent judicium? Statim certè pateret hunc-ce errorem non ſemel, ſed bis ab ipſo in duabus nempè prælectionibus fuiſſe commiſſum. Hæ quanti ſint meæ animadverſiones penes eſt judices integerrimos dijudicare, *ad quos magnâ cum fiduciâ adverſarium provocare nullus dubito.*

Mihi tantùm ſupereſt, ut variis quæ in ſcripto ſuo exſuſcitavit validiſſimus athleta reſpondeam; quæ ſanè reticuiſſem, ut pote cum vix ullius ſint momenti; at ne quid reſponſo deeſſe videretur, hæc omnia in modum diarii ſolvam. Itaque ſit.

BREVIS HISTORIA DISPUTATIONIS.

X. Pathologiam expoſiturus, morbos recenſebam ſimplices methodo analiticâ, eos dein ſyntheticâ componebam veluti occurrunt clinicis; hæc ut feliciùs præſtarem, morbos acutos & chronicos ad quædam, ad tot quaſi claſſes cardinales reducebam capita. (*) Subſequenti die Cathedram conſcendit

[*a*] Sic idem Ruyſch. adverſ. anat. dec. I. n. IV. *clarum mibi quidem videtur, extremitates arteriarum obſtructas abire in tumores præternaturales, mutatâ penitùs nativâ formâ. Nonnè* anevryſma, varix, phlicthena, *atque alii ſimiles morbi, exempla clara exhibent? Id enim anatomici eſt, de non exploratis ſilere potiùs, quam luxurioſè excogitare.* Ita & n. 2. pag. 7. & 8. demonſtrat vaſa ſanguifera expandi in molem vix imaginabilem. Sic LAU. HEISTERUS comp. anat. tom. II. pag. 10. *experientiâ convictus affirmo, æque facilè, aut fortè adhùc faciliùs, vaſcula minima in veſiculas mutari poſſe.*

[*] Sic fuerunt inſtitutæ claſſes Morborum Chronicorum.

Prima claſſis. Morbi ab inſpiſſatione fluidorum prædominante.... qui morbi ſunt debellandi præſertim aperientium ope.

Antagonifta, primam habiturus prælectionem, in eâ (nefcio quâ ratione inductus.) meam ad praxim addictionem damnavit, nihil tamen quod mirum videbitur proponens meam adverfùs methodum, & licet in decurfu pluriès me laceſſerit dicteriis, ne verbum quidem protulit contra ullam ex meis prælectionibus; interim ipfe propofuit methodum (*) cujus ego (contemptis autem dicteriis) factâ recenfione, monui eam praxi ac fanæ Theoriæ penitùs effe adverfam; ille verò (fummo quidem adftantium ftupore) repofuit hæc varia fe ab Auctoribus fuiffe mutuatum, iifque nullatenùs adhærere, ultrò igitur cedens, & ea quæ ad praxim fummoperè utilia, imò & neceffaria nuperrimè habuerat, fubitò deferens, ad alia tranfiit novam multòque accuratiorem, uti gloriabatur, Anevryfmatis Theoriam exhibiturus; Contendit itaque nulla dari Anevryfmata verà, at rumpi tunicas in omni *Anevryfmo.* (*a*)

XI. Fateri ultrò non dubitaverat antagonifta fe omnia prælectionis præteritæ argumenta è fcriptoribus variis excerpfiffe; ergo aiebam, hæc eadem mox confitebitur, Cum omnia de anevryfmate à verbo ad verbum exprom-

Secunda claffis. Morbi à fero malè permixto & exuperanti, cum laxitate vaforum.... debellandi per evacuantia & aperientia, fociando in fine roborantia.

Tertia claffis. Morbi a ficcitate fluidorum, cum aliquali acrimoniâ, & cum tenfione nimiâ folidorum, ac per intervalla cum tenfione veluti fpafmodicâ...... debellandi per diluentia, levia fociando aperientia, atque adhibendo antifpafmodica, paroxifmi tempore præfertim.

Quarta claffis. Morbi ab acrimoniâ fluidorum prædominante cum aliquali infpiffatione.... debellandi per edulcorantia præcipuè, aperientia fociando levia.

Quinta claffis. Morbi ex iis quatuor claffibus variè combinatis exfurgentes.... debellandi per eas quatuor formulas variè combinatas juxtà leges prudentiæ.

Quare hafce precisè fic inftituerim claffes, monui in prima prælectione, & ratio patebit ex eo quod methodus curandi ab ipfa claffis denominatione peti debeat. Hæc fatis intelliguntur à clinicis, è quorum, *iftius præfertim Academiæ celeberrimæ* fcriptis, iftas eduxi claffes. Quinque alias ad morbos acutos, & tres ad affectus à viru peculiari pendentes, ftatui, ut collegerunt benemulti qui meis privatis adfuerunt prælectionibus, pluribus ab hinc annis.

(*) Quà morbos omnes in activos & in paffivos diftinxit, Febres, morbos inflammatorios reponens in priorum claffe, affectiones autem hyftericas, melancholicas, hypochondriacas, & obftructiones *cujuflibet generis* indifcriminatim recenfens in fecundâ.

(*a*) *Varias legi*, inquiebat, *& pervolvi numero plures Anevryfmatum obfervationes, has præter quæ referuntur à Doctore freindio, vix duæ aut tres examinatæ per diffectionem reperiuntur, quæ characterem habuerint Anevryfmi veri, &c.* Sic autem *Monro.* J'ai lû un grand nombre d'Obfervations d'Anevryfme, outre celles qui font rapportées par le Docteur *Freind*, & je n'ai pû en rencontrer plus de deux ou trois, qui ayent été examinées par la diffection, & qui euffent le caracthere d'Anevryfmes vrais &c. Effais de Med. de la Societé d'Edinbourg, tom. 2. p. 348.

Hallefii retulit experimentum (Hæmaft. pag. 136.) ad vim probandam arteriæ, quâ fuæ expanfioni refiftunt, undè conclufit fanguinis impetum numquam fatis effe Anevryfmis veris, etiam exiguis efformandis, porrò requiri cruoris acrimoniam quæ rodat parietes internos arteriæ (monuit tamen effe varices quandoque monftrofas à fola venarum fimplici dilatatione) ultimò affirmavit Medicos adhucdùm non fatis capere quid foret Anevryfma.

pſerit *è clar. monro.* (†) Iſta ne gravis accuſatio videretur commentitia, librum judicibus integerrimis publicé commiſi: res palam erat; ſibi ergo ipſi diffidens antagoniſta, nec ampliùs feliciter audens, fatetur ſe compilaſſe; *excerpſi equidem, concedo, à verbo ad verbum nego*; (verè à verbo ad verbum excerpſerat, uti notum eſt omnibus;) ea dein in me protulit quæ nolo repetere, (*a*) non is ſum qui dicteriis alios lædere velim, ei que lubenter ignoſco (*b*) at in decurſu, (exigebat penſi ratio) dicens de anevryſmate, vera & ſpuria admiſi contra *Freindium*; meæ opinioni firmandæ causâ, *Ruyſchium*, *Littrium*, *Acta reg. Acad. Heiſterum* & *Morgagnum* citavi; & ſanè in iis adeo parúm videbar ejus opinionem de induſtriâ impugnare voluiſſe, ut licet eâdem die Cathedram conſcenderit, nihil tamen oppoſuit, nec veritatem quam ſtabilire enixus fueram, impugnare fuit aggreſſus; verùm elapſo circiter menſe, ecce me ex improvisò arguit Antagoniſta; minimè probari ait ex ſcriptoribus præcitatis verà adeſſe Anevryſmata, imò hos inter Ruyſchium Seligens, eum ipſi favere in obſervatione XXXVIII. aſſeruit.

XII. At ſtatim ipſo telo refutavi Antagoniſtam, ipſam inſtituendo lectionem obſervationis Ruyſchii; alia legi loca, obſervationem præprimis ex theſauro nono, quibus pateret evidenter, vera Anevryſmata Ruyſchium admiſiſſe; duas inſuper *Littrii* obſervationes retuli, quibus (elapſo jam prælectionis tempore) ſuperſedere neceſſarium fuit .... vim lectionis ſenſit adverſarius, at malum corrigere minimè fas erat, ideòque, ut illius momentum eludere videretur, mirum certè ſibi quæſivit effugium exclamando. *Adeſt error Typographi in obſervatione trigeſimâ-octavâ, vel non ſibi conſtat Ruyſchius.... Quoad obſervationem theſauri noni, quis revelavit adverſario tunicas arteriæ non ibi fuiſſe ruptas? Nonnè ruptionem eam ſuadet Ruyſchius quando dicit. NOTATUR CAPSULA IN QUA CONSERVATUR ANEVRISMA MAGNITUDINIS OVI GALLINACEI. Anevryſma illud* (proſequebatur Antagoniſta) *ſanguis erat contentus & concluſus intra CAPSULAM, QUÆ QUIDEM CAPSULA CONFICIEBATUR EX IPSA PLEVRA, & patet cum opus fuerit malleo & cuneo ad avellendum Anevryſma à coſtis.*

XIII. Mirabar certè & obſtupeſcebam! confundebat Antagoniſta *capſulam* ſeu *pixidem* in quâ conſervabat Ruyſchius ſua præparata! hanc ex plevrâ confici *capſulam* affirmabat bonâ fide! ità poſſe ſibi hallucinari Antagoniſtam dubitans ego, rurſus citavi obſervationem, ut iterum de eâ ageret ille; plures autem admonueram qui animadverterent, an rurſus ſimilis committeretur hallucinatio; nec me ſpes eluſit. Summo quippè adſtantium ſtupore, eamdem

† Exceptâ ſolummodò concluſione, quâ contendebat nulla omninò ſenſibilia dari vera Anevryſmata, quod numquam dixit monro.

(*a*) Facilis & ſimplex erat via pro tam gravi accuſatione refutandâ (jam indicaram Adverſario) vel publicum expoſtulare judicium, vel ſaltem publicè ipſius libri lectionem inſtituere; quid enim ad rem tot dicteria? Nequaquam ea diſputandi ratio decet eruditum.

(*b*) Imò circà novas Auctorum ab ipſo tranſcriptiones ſilui, licet enim paulò poſt integram prælectionem ab *Hallero* deſumpſerit, [agebat de monſtris & de herniis] nihil publicè dixi, nec niſi adſtantium paucis *Hallerum* exhibui.

circa *capsulam* pari errore deceptus est iterum.... Ruyschium exhibui tunc judicibus, publicam loci hujus peregi lectionem, ut omnes stupendam adverterent hallucinationem, simulque palàm fieret utrum error adesset, nec-ne in observatione Ruyschii 38. Hinc rumore publico motus Antagonista, profitetur se Typis mandaturum responsa; quibus præ tenuitate mea respondi, leges litterariæ disputationis scrupulosè servando, nè minimum in Antagonistam proferendo dicterium, imó verba vitavi ancipitia, licet perpetuò provocatus... mihi satis erit si persuasus de iis fuerit lector, nihilhominùs adversarius, ad summas sæpè reductus fuit angustias; coactus fuit in secundâ abdicare quæ in primâ prælectione tantoperè jactitabat, in tertiâ fateri se compilasse, in aliis confugere ad errores Typographi, quos merè fingebat, nunc pariter contradictiones in ipsis Auctoribus supponere, & ejusmodi sibi quærere subterfugia, ut indè se-se expediret, at in iis me semper juxtà statutam disputationis normam dirigere sum gloriatus.

VERORUM ANEVRYSMATUM OBSERVATIONES.

XIV. ANDREAS VESALIUS (circa medium seculi decimi quinti) *vocatus in consultationem pro nobili viro.... statim ab exploratione dixit ESSE ANEVRYSMA EX DILATATIONE ARTERIÆ AORTÆ, eo modo quo fit in venis quas varices occupaverint; idem asseruit se ejusmodi affectus vidisse in gutture, in pectore, in poplite, in brachiis, nec curari posse, nisi abscissâ parte affectâ, in ejusmodi anevrysmate se quandoque reperiisse humorem concretum instar glaciei, aut humoris cristalini, interdum veluti sanguinem concretum, aut molam, in vivis corporibus verum sanguinem deprehendisse, in defunctis nigrum & syderatum, & cum gravissimis doloribus ægros mori, sponte interdum fieri* EJUSMODI VASORUM DILATATIONEM, *interdum ex causâ antecedente,* [qualis fuit in hoc nostro ægro] *dissecto corpore reperimus id quod vesalius prædixerat; in ipsa arteriæ aortæ cavitate tumorem prægrandem, durum, carnosum ex sanguine arteriali concretum, qui foràs etiam protuberans, in dorso dolorem & pulsationes inferebat, ejusmodi nimirum quales in arteriarum pulsu deprehendi solent.* Ita referente adolpho occone. Sequentia scripsit *Vesalio*, ACHILLES GASSERUS. *Tota autem anevrysmatis compages cum suis contentis* PUGNUM *non parvi hominis, sed ovi struthiocameli magnitudinem ferè æquabat.* Videat. Observat. 81. Joann. Udalr. rumleri.

Reperiri ejusmodi arteriarum distensiones [dum hoc vesalii anevrysma narrat] fatetur ipse FREINDIUS, *arterias quidem*, inquit, *distendi posse, ex frequenti hominum veneno & aliis quibusdam affectibus mortuorum inspectione notum est; notabilis illa est historia* A VIDO VIDIO *relata, quam & ipse raram fatetur, de enormi omnium circumquâque capitis arteriarum intumescentiâ, quæ ingentes repræsentaret varices* hist. Med. pag. 51.

PAREUS Chapitre XXXIIII. pag. 285. *Les Anevrismes qui viennent aux parties interieures, sont incurables . . . . Ce que j'ai veu au corps mort d'un nommé Balanger maître tailleur d'habits, lequel avoit un anevrisme à l'artere veneuse, dont il mourut promptement en joüant à la paulme, parceque ledit vaisseau se creva. je l'anatomisai & trouvai une grande quantité de sang épandu dedans le Thorax, & le corps de l'artere dilaté jusq'ua y mettre le*

poing, & sa tunique interne toute osseuse, ce que je monstrai peu après aux Ecoles de Médecine à plusieurs auditeurs, faisant une dissection anatomique, dont les spectateurs furent grandement émerveillés, & pour ce, la garde en mon Cabinet comme chose monstreuse.

Lazarus Riverius *Prof. Monsp.* apud Theop. *bonetum* lib. 11. pag. 496. *Nos similem casum ante duos annos in hac urbe vidimus, nempè anevrysma in pectore, ex arteriæ dilatatione, quæ pueri* 15. *annorum pugnum recipere poterat: tunica verò arteriæ cartilagineam crassitiem ac duritiem acquisierat.*

Item. Riverius Observ. XXXIV. *in D. Pelet cive Monspeliensi inventa est arteria magna ascendens a corde ad claviculam ita dilatata, ut* BRACHII FERE MAGNITUDINEM *æquaret, & ovum gallinaceum in cavitatem suam facilè admittere posset. Præterea tunica illius admodum densa & cartilaginea evaserat, quod admirabilem naturæ providentiam notat, quæ* TUNICÆ MAXIME' DILATATÆ RUPTIONEM EVITARE CONTENDENS; *eam densiorem ac duriorem effecerat.* *

Clar. Ferren quæst. nonâ. disp. *Anevrysmatis parietes rigidiores, & in locis nonnullis cartilaginei, ut post riverium, observavimus, quandoque evadunt.... anevrysma verum est sacciformis arteriæ ampliatio.... Quod* ANEVRYSMA *est in arteriis, idem* VARIX *in venis, neque aliundè dispar generationis & causarum modus.*

„ *Vaterus* Miscel. Curios. Dec. III. an. 9. 10. *anevrysma aortæ mirabile...*
„ tandem vero *aorta* paulò sub corde ad usque diaphragma, *ultra duorum pugnorum, vel capitis fere magnitudinem extensa*, & tota sanguine grumoso in
„ polypos ferè fibrosos lamellatim concreto videbatur: ubi insuper *hoc notabile*
„ *erat*, quod tunica arteriæ interior aliàs tendinosa, hîc potiùs cartilaginosa,
„ quasi ossea, sed ubivis disrupta, *tunicæ exteriori musculosæ* frustulatim con-
„ necteretur. Quo spectaculo viso, mirari satis non potui, quomodò ex fractu-
„ ra costarum, & pressurâ vel læsione arteriarum tam gravi, & tantâ trunci
„ arteriæ laceratione .... æger tamdiu & ultra triennium superesse potuerit„ (*a*)

XV. Ulteriùs adhuc demonstratur fieri Anevrysmata, in quibus tunicæ interiores integræ subsistunt; ex obser. Cl. Littrii, quæ minutissimæ sunt, ipso referente Freindio; si legantur absque ullo præjudicio, litem nostram judicant, frustula solum excerpsi; possunt integræ observationes legi apud D. James, Dict. univers. de Med. .... Mr. Littre, année 1707. Mémoires, pag. 17. J'observai que le tronc de l'Aorte depuis neuf lignes au-dessus du cœur, jusqu'à l'endroit où il prend le nom d'Aorte descendante, avoit ses tuniques beaucoup plus minces, & étoit fort dilaté, de sorte que presque toute la dilatation s'étoit faite en-devant & en haut... Il y avoit au-dedans de cette

[*] Palam est tunicam arteriæ internam fuisse integram, cum de eâ præcisè fiat mentio apud *Pareum*, & *Riverium*. Juxtà divisionem antiquorum constabat (ut) Villisius demonstravit;] carneâ tunicâ, glandulosâ, & aliâ tertiâ magis interiori.

[*a*] Ea observatio videbitur primo instuitu nobis adversa, quia disrupta, & lacerata erat Aorta in tantâ trunci portione; sed ibi precisè notatur ruptionem fuisse in internâ tunicâ seu Villisianâ, & conservatam fuisse tunicam carneam seu musculosam, cui annectebatur interior; erat ergò verum Anevrysma, in quo demons-

poche environ deux pintes de ſang . . . . . *enfin , la ſurface interieure de la poche du tronc de l'Aorte étoit liſſe & polie en certains endroits , & inegale en d'autres. L'égalité de cette ſurface étoit naturelle , & elle dependoit de la tunique interieure de la poche qui s'étoit conſervée entiere.* Et pag. 22. Les parois de la poche de l'Aorte étoient très-minces en certains endroits, & fort épaiſſes en d'autres. Les endroits qui étoient minces , l'étoient pour deux raiſons. 1o. *Parcequ'il n'y avoit que les ſimples tuniques de l'Artere.*

2o. *A cauſe de l'extrême dilatation , que ces tuniques avoient ſouffert par l'impulſion du ſang, & par ſon amas dans la cavité de la poche.* Les parois de la poche étoient épaiſſes aux endroits ou les fibres polypeuſes s'étoient attachées à ſa ſurface interieure, & l'épaiſſeur y étoit plus ou moins grande, ſuivant qu'il y avoit plus ou moins de ces fibres poſées les unes ſur les autres, elles formoient pluſieurs plans qu'on ſeparoit facilement les unes des autres.

Année 1712. Mémoires, pag. 78. ſur un Anevryſme vrai par Mr. LITTRE.

Un Homme âgé de 44. ans étant mort d'un Anevryſme, je fis l'ouverture de ſon Cadavre pour bien examiner les particularités de cette Maladie. *Cet Anevryſme étoit un Anevryſme vrai, c'eſt-à-dire , une dilatation extraordinaire d'Artere* . . . . il avoit quatre pouces de longueur ſur deux & demi de largeur à l'endroit de ſon plus grand diametre. . . . Il étoit continu par toute ſa baſe à la partie ſuperieure droite du tronc de la groſſe artere, *dont-il n'étoit qu'une extenſion & un allongement.* Après avoir examiné cet Anevryſme dans ſa ſituation , je le ſeparé de toutes les attaches & en fis l'ouverture.

J'obſervai ce qui ſuit à pag. 79. ad 81. & pag. 83. Les membranes du tronc de l'Aorte, quoiqu'elles euſſent dû être fort minces, *à cauſe de la grande dilatation qu'elles avoient ſouffert, avoient cependant conſervé leur épaiſſeur naturelle.* †

Clar. Duvernoy in comment. Acad. Petropolit. tom, VI. refert obſervationem anevryſmi veri aortæ, ſcrupuloſiſſimè exeminati, & ut uti loquar, melancholicè. reperiit tunicam internam , diſſecuit a tunicâ carneâ, leg. ejus diſſert. a pag. 308. ad paginam 320. debet pluries perlegi, ut pote primâ vice vix concipiatur. Societas edimburgenſis in ultimo tomo illud ſicindicat anevryſma. Mr. *Duvernoy* d'écrit un ſac anevryſmal qui occupoit depuis la troiſiéme juſqu'a la ſixiéme des vertebres du dos. Ce ſac n'étoit autre choſe que *l'Aorte dilatée*, & qui avoit ſix pouces & demi de largeur, ſur autant de longueur. Eſſ. & Obſer. de Med. de la ſociété d'Edinbourg Tom. VII. pag. 109. *Petrus de Marchetis* Obſer. 48. *patuit membrana interna arteriæ*

trabatur tunica muſculoſa ; quod ſufficit , juxtà Antagoniſtam , licet fuerit rupta & dilacerata interior tunica , inſuper priùs fuit dilatatio Aortæ , quam hæc dilaceratio tunicæ, & ut optimè notat D. *Duvernoy*, ex adminiſtratione Anatomicâ fiunt forſitan eæ dilacerationes , præſertim in oſſeis tunicis.

(†) Eæ omnes obſervationes debent exactè perlegi, nè corroſio tunicarum quæ ibì quandòque memoratur, nobis adverſari videretur, notari etiam velim vera anevryſmata ſæpè rumpi pauló ante mortem, aut per diſſectionem; nihilominùs habentur a medicis ut vera, ſi ſit exteriùs corroſio, quod ita ſæpè fit.

magnæ, priusquidem laxata, post modum verò, cum dilatationi nullus esset locus disrupta; anevrysma itaque fuit in arteria magna extra cor duos solummodo digitos transversos.

Lancisius in tract. de anevrysmate prop. XIX. XXIX. & XXX. & Observ. quintâ de repentinis morbis. pag. 158. minutissimè de iis loquitur..... *Anevrysmatis intereà cavitas tam ampla occurrit, ut pugnum facilè admisisset, tamque grumoso sanguine plena, ut nihil fluidi ampliùs capere posse videretur;* NUSQUAM TAMEN MAGNO ALIQUO FORAMINE DEHISCEBAT, *licet ad cordis basim intra pericardium, & ad inferum latus anevrysmatis nigræ quædam striæ, majorum forté futurorum hiatûum indicia observatæ fuerint... Valsalva* Differt. anat. 1â. pag. 130. 131. *sæpe anevrysmata circa præcordia contingunt, ut propriâ observatione edoctus sum.* (†)

Jacobus Douglassius. Differt. de peritonæo pag. 56. *Sequitur anevrysmata duplicis saltem esse generis, quorum alterum spurium, alterum verum audit. Anevrysma spurium est quod a causâ externâ ex. g. vulneribus aut puncturis in missione sanguinis oritur* ..... ANEVRYSMATA VERA, *sive ea quæ a causâ internâ oriuntur* (a) *semper a dilatatione totius substantiæ arteriæ initium capiunt; & præterea tumores ejusdem generis sæpiùs in arcu aortæ, quam in omnibus aliis corporis partibus simul sumptis occurrere consueverunt.*

Joan. Bapt. Bianchus Hist. hepat. pag. 138. *anevrysmata ex simplici extensione, per frequentes cadaverum exenterationes interdum observavimus in hepate, ut nuper dextræ cæliacæ propagines enormiter dilatatas demonstrabamus ... alterius generis anevrysmata, seu junctam rupturam in arteriarum tunicis cum notabili dilatatione, non percipimus huc usque in jecinoribus defunctorum.*

XVI. Innumeræ sparsim apud auctores reperiuntur observationes magnarum

(†) Adest ibi naturaliter sinus a *Valsalva* detectus, quem maximum, vel quartum aortæ sinum vocat. leg. morgagni Epist. anat. XV. in septem prioribus paginis &pag. 86... pluries hunc sinum demonstravi, in quibusdam cavum aortæ ad augebat in arcu, quartâ parte, membranâ semper superstite interiori, politâ, simpliciter expensâ, hîc duo possem referre exempla anevrysmatis in quibus nulla erat ruptio & corrosio; licet duplò major aorta fuerit.

Morgagnus Adverf. Anat. 11. animadv. XLI. „ Cum trahi in dubium nequeat... „ aortæ arcum non longè a corde incurrenti sanguini objectum, hujus cursum „ subitò, & violenter inflectere, facilè intelligitur si cordis impulsus nimiùm in- „ tendatur, & præsertim *si aorta vel a primordiis minùs firma sit*, vel ab erosivo aliquo principio cujus indicia in aortæ jam expansæ, aut hic illic ossificatæ tunicis eviden- „ tiùs prodere se solent debilitata, facilè inquam intelligitur, primum in hoc, aut „ consimili rerum statu aortæ expansionem effici..... Ut pluries a me quoque ipso observatum. Et præced. animad.& animad. XLII. refert se vidisse dilatationes aortæ & adverf. VI. animad. XXIV. loquitur de veneta muliere quam cum amicis dissecuit, *in quâ arteriæ sobclaviæ sinistræ superiores, posticique parietes in anevrisma expansi erant.*

Ipse Freindius hist. Med. pag. 55. „ Certum est aortam supra ejus flexionem „ faciliùs dilatari posse, ob resistentiam eam quæ sanguini illic ex ejusdem cur- „ vaturâ opponitur; ex quo etiam in hac arteriæ parte ut plurimum anevrysma- „ ta producuntur; *ac si ista in dilatatione tantùm consistant, nullibi hanc faciliùs quam in eo loco fieri posse credibile est.*

(a) *Frider. Heisterus* hujus differt interpres. „ anevrysmata vera etiam a causâ „ externâ exoriri posse, ut plerique recentiores docent, læsâ nimirum tantum ex- „ ternâ parte arteriæ, interiori adhuc integrâ, experientia etiam nos hîc loci do- „ cuit, ut alio tempore prolixiùs proponetur. Hinc anevrysma verum tam a causâ „ externâ quam internâ, ut varii chirurgici scriptores recentiores, & cumprimis „ etiam parens in chirurgiâ suâ docuerunt.

dilatationum arteriarum. leg. tract de tumoribus *Antonii Saporta* Prof. Monsp. à pag. 167. ad 183. *die* 11. *Febr. an.* 1567. *in nobili quodam britone, aorta tam ampliter dilatata fuit ex anevryſmate, ut pugnum craſſiſſimum exciperet mox à cordis egreſſu.... Itaque tam notum eſt quam notiſſimum non ſolùm à dilatatâ, ſed apertâ & rupta arteria anevryſma fieri* [†]

Andreas *Laurentius* Prof. Monſp. pag. 803. *Legatus Florentiæ apud gallorum regem, ſubitò incidit in apoplexiam... aperto cadavere cor tumebat & ad ſanguinis libras tres vel quatuor apertum emittebat, arteriæ magnæ ore ita patente, ut brachii æquaret magnitudinem.*

Alphonſus Borellus apud malpighium de polipo cordis diſſert. *reperta fuit aorta prope cor, quæ in tumorem concreverat ad menſuram duorum pugnorum.*

Jacobus Thevart in ballon. conſ. libr. conſ. 107. *in collegio Rhemenſi cuidam ſacerdoti anevryſma erat in cruribus. aperto cadavere reperta eſt magna dilatatio arteriæ, & ſanguis in eâ arteriâ concreverat, indurueratque.*

Andreas Cæſalpinus... *repertum eſt romæ nuper... Cor valdè amplum, & arteria quæ ducit ad pulmones duplò latior naturali.*

Joel Langelotus *in cadavere à M. Kirſtenio anatomico & Medico inſigni, aperto, omnia vaſa ut & auriculæ erant ampliata, mirè que dilatata, imprimis caudex arteriæ aortæ; præterea in vaſis iliacis ejuſmodi vitia ſunt reperta.*

Elsnerus Obſerv. XVIII miſcell. curioſ. an. 1. de. 1. *anevryſmata excitari poſſe in ipſa quoque aortâ, docuit experientia, & tale anevryſma favore nob.* Rivæ *anat.. famoſiſſimi videre mihi contigit Romæ in ſuo muſeo.... cujus figuram ipſemet prælo commiſit. B. aorta craſſa & corde latior; M. aorta deſcendens naturali quadruplò grandior.*

Obſerv. CXIX. D. *Job de Muralto* Ephemerid. ger. an. 3. ſecundæ decuriæ. *Imò utramque arteriarum tunicam, [internam ex triplici ſubſtantiâ juxtà, clar. villis conſtantem] imbibendo ſeroſi humoris plures, quam naturaliter aliàs ſolent, particulas extendi, ſicque anevryſma quaſi aliquod produci poſſe, ſatis eſt credibile; non ſecus ac venarum nimiam extenſionem anevryſmata improprie dicta, venarum ſive varices conſtituere, nctum eſt, præcipue* EVIDENTER *ſatis id docentibus ampliſſimis illis arteriæ magnæ anevryſmatibus, quale, præter alios. D.* Riva *exhibuit, & ab eodem mihi etiam an.* 1670. *Romæ demonſtratum; nec diſſimile poſtea patavii quoque in ſolenni anatomia, pugni magnitudine, & quinque circiter unciarum pondere an* 1671. *conſpexeram... quale etiam an. præcedente in noſocomio ad* D. *Franciſcum ſe vidiſſe, proſector atteſtatus fuerat, quod mole ſuâ ipſius ſterni ſupremæ parti foveam aliquam impreſſerat.* leg. *Boerhaav.* patho. pag. 156. comment. *Halleri.*

Leg. Epiſtola de aortæ polypo D. Clar. Carolo *Patino*, reperiunda in appendice ad an. 1. Decur. III. Ephem. Germ. . . . *verùm ad cor accedentes, arteriam magnam ità dilatatam offendimus, ut aliud cor in pericardio concluſum æmularetur.* leg. acta Pariſ. an. 1710. 1721. 1722. 1723. 1732. 1733. 1736.

Leg. *Vepſerus*, pag. 185. Exerc. de loco affect. in apoplec. Baptiſta *Ruſch. piſis*, Prof. Anat. Obſer. Chirurg. pag. 432. Fabric. *Hildanus*, centur. 3. Obſer. 44. . . . Paul *Barbette* praxis Medic. lib. 2. cap. 3. . . . *Bourdelotius* Diar. Gall. an. 1681. Laurentius Heiſterus in Chirurgiâ ſuâ, & in Academiâ Juliâ. Abbregé des Tranſactions philoſophiques, tom. III. tom. VII. Philoſoph. tranſ. n. 402. n. .265. ſepulchr. Anat. *Boneti.* Biblioth. Chirurg. Mangeti. ex quibus palàm fit obſervationes verorum Anevryſmatum, non ità eſſe raras, ut vix acne vix quidem reperiantur. Poſſent demonſtrari ratione, analogiſmo, & experimentis, ſi locus hìc eſſet.

[†] Vera & ſpuria admittebat *ſaporta* contrà *fernelium*, qui omnia fieri ex ſimplici dilatatione aſſerebat.

A MONTPELLIER,
De l'Imprimerie d'AUGUSTIN F. ROCHARD, ſeul Imprimeur du Roy. 1749.